

charum cuiuslibet ipsos in premissis prediis. quomodolibet de cetero inpetentis.
Datum anno. die et loco supradictis sub sigillo nostro ad causas.

På frånsidan: Super bonis in hultadhorp. parochia Skierstathæ.
Sigillet bortfallet från den ur brevet klippta remsan.

4102. **1346 d. 22 Aug.** **Lund.**

Ärkebiskop PETER i Lund intygar ett mellan Kantorn vid Lunds domkyrka Johan Johansson Franz och Syslomanen vid Helgeandshuset i Lund Trugot Tueson, med Ärkebiskopens och Kapitlets tillåtelse, uppgjördt byte, hvarigenom Helgeandshuset erhåller en gård i Lilla Råby, och Kantorian får en gård i Stora Råby och en gård i Erretorp i Rönnebergs härad.

Registr. Eccl. Lundens. perg. pag. 151.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Petrus dei gracia lundensis archiepiscopus suecie primas Salutem in domino sempiternam. Noueritis. quod sub anno domini M CCC XL VI. In octaua assumptionis beate marie virginis. constituti coram nobis personaliter lundis. Vir venerabilis dominus johannes johannis dictus franz. cantor ecclesie lundensis et vir discretus. trugotus twesson. prouisor domus sancti spiritus. lundis. de nostro et dilecti capituli nostri lundensis consilio et consensu. permutacionem bonorum infrascriptorum fecerunt in hunc modum: Jta quod ipse dominus johannes dicte domui sancti spiritus. curiam in rabylytle sitam et sue cantorie annexam. cum agris pratis. pascuis domibus et ceteris ipsius curie pertinenciis jure perpetuo possidendam:*) Vnam curiam in rabylytle et vnam curiam in errethorp. in rønebyerhæret sitas. cum omnibus et singulis ipsarum curiarum pertinenciis. in recompensam debitam ab ipso trugoto dicte domus preuisore in possessionem ipsius cantorie perpetuam. consimili scotacione preuia reacceptans In cuius rei euidenciam. sigillum nostrum vna cum sigillis dilecti capituli nostri lundensis et domus sancti spiritus ibidem. presentibus est appensum Actum et datum. anno die et loco supradictis.

Öferskrift: Permutacio curie in Rabylytle ad domum sancti spiritus que ad cantoriam spectabat pro duabus curiis. vna in Rabimagle alia in errop.

4103. **1346 d. 22 Aug.** **Gökhem.**

ALGOT NÆF erkänner att han, för sin lifstid, genom nunnornas i Rakkaby kloster ynnest fått emotaga klostrets gods i Thiumu, hvilka Ofte af Getened, i enlighet med hans dotters Christinas testamente, gifvit till nämnda kloster, som den tiden var beläget i Gudhem. (Jfr N:o 2401).

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus Algotus næff salutem in domino sempiternam Tenore presencium euidenter recognosco me. non ex debito nec appropriacionis

*) Ordet "tradidit", "resignauit" eller något dylikt har här blifvit uteglömdt.